



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Facultas senatus Regij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

CENSURA OPERIS.

Ex mandato supremi senatus sancte inquisitionis legi hos commentarios in Apocalypsim Ioannis Apostoli, Doctore Blasio Viegas Lusitano Societatis IESV, publico sacrarum literarum professore in Eborensi eiusdem Societatis Academia auctore. Nihil habere, quod fidei Orthodoxae reouget, aut sancte matris Ecclesie definitionibus contradicat, sed potius doctrinam sanam & dicti sanctissimi Patrum conformem. Quare in communem omnium vtilitatem digiti eruat, qui excudatur.

Fr. Emmanuel Cotinho.

Facultas supremi Inquisitionis Concilij.

Posiunt excudi hi commentarij in Apocalypsim. Eboræ, 2. Martij, 1599.

Martin. Alfonso de Mello.

Ruy Perez de Vega.

Facultas Archiepiscopi Eborensis.

Theotonius Dei, & Apostolicæ Romanæ sedis gratia Archiepiscopus Eborensis indignus, Commentarios exegeticos Doctaris Blasij Viegas ex Societate IESV in Apocalypsim Ioannis bona ex parte perlegimus, factaque ex nostra cõmissione diligenti inquisitione nihil in eis contra fidem, & bonos mores esse cognouimus; sed potius ea est Doctoris sapientissimi doctrina, & Christiani peccatoris pietas, atque in erendis difficillimis sacre prophetiæ, sensibus sollicitas, atque ingenium, ad animosque in rerum supernaturalium, & cælestis Hierusalem desiderium inflammandos vis, & efficacia, ut non solum illi concedamus facultatem hosce commentarios imprimendi, sed nostræ etiam Academiæ gratulemur, quod tam doctos, pios, & insignes viros & aluerit, & consummationes viderit.

Eboræ, in nostra Cardusca Scale celi, die sexta Aprilis, anni Domini 1599.

Archiepiscopus Eborensis.

Facultas senatus Regij.

Posiunt mandari typis hi commentarij in Apocalypsim. Olisippone, 22. Februarij, 1601.

Pereira.

D. Dagnat.

Fonseca.

Facultas Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lusitania.

Ego Christophorus à Gouuea Præpositus Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lusitanie, potestate a diuinitate facta à Reuerentissimo admodum Patre Claudio Aquauina Præposito nostro Generali, facultatem concedo, vt commentarij in Apocalypsim Beati Ioannis Apostoli, à Patre Blasio Viegas Doctore Theologo nostræ Societatis, & publico sacrarum literarum in nostra Eborensi Academia professore compositi, & eiusdem Societatis gratium, doctorumque virorum iudicio examinati, & approbati typis excudantur. In quorum fidem has literas manu nostra subscrip-
tas sigilloque nostro munitas dedimus. Eboræ in nostro Collegio, decimo sexto Kalendarum Iulij, anni millesimi quingentesimi nonagesimi nobis.

Christophorus à Gouuea.